



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

§. 1. De conciliis Oecumenicis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

particularia, Episcopi, Archiepiscopi, Legati sedis Apostolicæ, Rom. Ecclesiæ Cardinales in Ecclesijs sui tituli, Generalis Vicarius Episcopi, Prælati Ordinum, &c.

## §. I.

*De Conciliis non Oecumenicis.*

**C**oncilia non Oecumenica alia sunt nationalia, quæ conuocatis eiusdem Nationis Episcopis, & Archiepiscopis à primare inducunt; Alia prouincialia, quæ ab Archiepiscopo, conuocatis episcopis; alia diocesalia seu synodalia, quæ auctoritate Episcopi, conuocatis prælati (etiam exemptis) & Parochis quotannis celebranda essent, iuxta concil. Trident.

Concilia non Oecumenica à Papa approbari necesse non est, dummodo nihil in ijs contra vniuersales Canones vel Ecclesiæ vniuersæ Consuetudines decernatur. 106.

## §. II.

*De Episcoporum Iurisdictione.*

**E**piscoporum Ecclesiastica Iurisdictione, quo ad substantiam ex diuina institutione est, iuxta Act. 20. *Posuit vos Spiritus S. Episcopos, regere Ecclesiam Dei,* quo ad modum verò & ordinem institutionis, à summo Pontifice est. Ratio, quia Christus perfectam Ecclesiæ Monarchiam constituit; Ad Monarchiam autem perfectionem pertinet, vt sub vno Monarcha alij sint in Republ. inferiores Principes (sicut in Romano Imperio post Imperatorem, Duces, Marchiones) quasi totius corporis nerui aut manus, dependentes à summo capite, quod Christus voluit propter conuenientem statum totius Ecclesiæ. 107.